

Et ego Albertus praepositus Budisinensis et canonicus Misnensis ecclesiarum omnia et singula supradicta ratifico et approbo et eis consentio, et in testimonium manu propria subscripsi et sigillum meum hic appendi.

Et ego Joh. de Draynicz canonicus Misnensis omnia et singula supradicta ratifico et approbo et eis consentio, et in testimonium manu propria subscripsi et sigillum meum huc appendi.

Et ego Conr. Pruze, praepositus Haynensis et canonicus Misnensis supradicta omnia et singula ratifico et approbo eisque consentio, et in testimonium propria manu subscripsi et sigillum meum hic appendi.

Et<sup>a)</sup> ego Geriko de Wolficz canonicus Misnensis supradicta omnia et singula ratifico et approbo eisque consentio, et in testimonium, quia scribere non potui, per manum Conradi Pruze hic subscripsi et sigillum meum appendi.

Et ego Conradus de Wallusen vel de Kirehberg dictus, archidiaconus Lusatiae et canonicus Misnensis omnia et singula supradicta ratifico et approbo eisque consentio, et in testimonium manu propria subscripsi et sigillum meum hic appendi.

Et ego Nicol. Ebirhardi doctor decretorum, canonicus Misnensis omnia et singula supradicta ratifico et approbo eisque consentio, et in testimonium manu propria subscripsi et sigillum meum huic litterae appendi.

Et ego Nycol. Monetarii canonicus Misnensis omnia et singula supradicta ratifico et approbo et consentio, et in testimonium manu propria subscripsi et sigillum meum huc appendi.

Nach zwei im Stiftsarchiv zu Meissen befindlichen Originalen, deren zahlreiche Abweichungen ohne Ausnahme nur Unwesentliches, meist in der Wortstellung betreffen. Die beiden ersten Siegel des Bischofs und des Capitels fehlen; vorhanden sind die Siegel des Probsts Joh. von Strelis, des Decans Theodericus von Gogh (zwei übers Kreuz gelegte Morgensterne), der Domherren Pakslaus, Baldebertus (ein Betender, darunter getheiltes Schild mit einem Löwen und drei Schrägbalken), des Scholasticus Th. (h. Laurentius), des Archidiacon H. von Schleinitz (Adler mit dem Heiligenschein u. Familienwappen), des Probsts Albert (h. Paulus), des Domherrn Joh. von Droynitz (Adler), des Probsts Conrad Pruze (vertical getheiltes Schild, rechts zwei Querbalken), der Domherren Fr. von Miltitz (Familienwappen), Ger. von Wolfitz (schräg getheiltes Schild ohne Figuren, nur an B.), Conr. von Kirchberg (h. Maria Magdalena).

a) Vorher eine Zeile leer zur Unterschrift für den Domherrn Fr. von Miltitz, dessen Siegel jedoch angehängt ist.

No. 507. 1358. 7. Aug.

*Heinrich von Gana verspricht unter Stellung von Bürgen die an das Capitel verkauften Grundstücke in Schweimnitz binnen einem halben Jahre dem Markgrafen aufzulassen, die fälligen Zinsen aber dem Capitel zu überliefern.*

Ego Heynricus dictus de Gana miles una cum heredibus meis recognosco publice per praesentes, quod bona mea in villa Swimicz in districtu Mysnensi sita iustis venditionis et emptionis titulis intervenientibus vendidi honorabilibus viris dominis . . . praeposito . . . decano et canonicis ecclesiae Mysnensis pro certa pecuniae summa mihi iam soluta, quae cum propter impedimenta legitima infra annum in manus illustris principis domini Friderici marchionis Mysnensis resignasse nequivissem, dicti domini canonici in possessionem pristinam mihi tradiderunt, et quod resumptis